1028 [= 2344] cippus hermam referens, Pompeiis in via sepulcrorum ACTA 28 Febr. 1813 [ed. 1, 3, 106]. Adhuc ibidem.

N · IS T A C I D I V S
HELENVS · PAG

Recognovi. Millin p. 94; Clarac p. 40; Mazois I tab. XXIII; de Iorio p. 24 = 19; Guarini fast. ed. 1 p. 147; Fiorelli *descriz.* p. 408.

Millin quem titulum adiicit:

N ISTACIDIVS
PAGANVS

idem est omnino male exceptus et errore pro diverso habitus.

1029 [= 2345] cippus hermam referens rep. Pompeiis in via sepulcrorum ACTA 20 Febr. 1813 [ed. 1, 3, 106] loco n. 4 formae Zangemeisteri. *Un petit vase de terre large de 3 pouces, de 10 de profondeur était enfoncé en terre devant cette pierre* CLARAC.

ISTACIDIAE · SCAPIDI

Recognovi. Millin p. 94; Clarac p. 40 tab. 5 n. 19; Mazois I tab. XXIII; de Iorio p. 24 = 19; Guarini fast. ed. 1 p. 152; Fiorelli *descriz.* p. 408.

1030 [= 2346] Pompeiis in via sepulcrorum ACTA 2 Ian. 1813 [sic ex schedis enotavi ego; in editis non legitur] loco qui est n. 3 formae Zangemeisteri.

protome muliebris

NAEVOLEIA · L · LIB · TYCHE · SIBI · ET
in latere: C · MVNATIO · FAVSTO · AVG · ET · PAGANO · *in latere:*
bisellium cum suppedaneo — CVI · DECVRIONES · CONSENSV · POPVLI · — navigium
BISELLIVM · OB · MERITA · EIVS · DECREVERVNT
HOC · MONIMENTVM · NAEVOLEIA · TYCHE · LIBERTIS · SVIS
LIBERTABVSQ · ET · C · MVNATI · FAVSTI · VIVA · FECIT

anaglyphum caerimonias funebres exhibens

Descripsi et recognovi. Millin p. 87; Clarac p. 32; Mazois I tab. XXI; de Iorio p. 22 = 17; Guarini fast. ed. 1 p. 103; Niccolini *sepolcro di Naevoleia* tab. I; Fiorelli *descriz.* p. 409. Orelli 4044.

1031 [= 2347] cippus hermae similis, rep. Pompeiis in sepulcro Naevoleiae ACTA 6 Febr. 1813 [ed. 1, 3, 105]. Extat Neapoli in museo.

C · M V N A † V S
ATIMETVS · VIX
ANNIS · LVII

Descripsi et recognovi. Millin p. 94; Clarac p. 40; Mazois t. I p. 42; de Iorio p. 23 = 18; Guarini fast. ed. 1 p. 185; Fiorelli *descriz.* p. 409, cat. n. 1356.

1032 [= 2348] cippus hermae similis, rep. Pompeiis prope cippum n. 1031 APPENDIX AD ACTA MS. mihi visa (ab editis abest). Extat in museo Neapolitano.

SALVIVS · PVER
VIXIT · ANNIS · VI

Descripsi et recognovi. Repperi in appendice actorum ms. Guarini fast. ed. 1 p. 186; Fiorelli *descriz.* p. 418, cat. n. 1352.

1033 [= 2349] Pompeiis post sepulcrum Naevoleiae reperta *in uno de' muri laterali alla strada; il sepolcro consisteva in un cortile circondato di una parete ordinariamente dipinta e nel mezzo di questa una mensa di fabbrica circondata da tre lati di un portico, sopra il quale si può comodamente coricare. Fu ricoperta* ACTA 14 Ian. 1775 [ed. 1, 1, 280 = 1, 2, 133 = 1, 3, 259]. Extat Neapoli in museo. — Exemplum operis recentis prostat Pompeiis loco antiquo.

CN · VIBRIO ·
Q · F · FAL ·
SATVRNINO
CALLISTVS ⅃ LIB

Descripsi et recognovi. De Iorio p. 21 = 17; *Museo Borbonico* vol. I tab. XIII; Guarini fast. ed. 1 p. 183; Fiorelli *descriz.* p. 410, cat. n. 1326.

1034 Pompeiis rep. in via sepulcrorum a dextra ad sepulcra quae dicuntur Samnitica (Fiorelli *descriz.* p. 416). Est Pompeiis in museo.

P SITTIVS · DIOPHANTVS
AVGVSTALIS

modulus long. cent. 48, alt. cent. 23

Recognovi post Mauium. Sogliano *Giornale degli scavi* N. S. vol. 3 (1874) p. 7.

1035 litteris quae tertii potius quam primi saeculi speciem prae se ferunt. Rep. Pompeiis in via sepulcrorum ad sepulcra Samnitica q. d. (Fiorelli *descriz.* p. 416). Est ibi in museo.

X[1] ANCILE
CILT · RVFI
*ui*XIT · AN · XX

Recognovi post Mauium. Sogliano *Giornale degli scavi* N. S. vol. 3 (1874) p. 8.

1 prima littera X potius fuit quam A. — Mihi non videtur proficisci ex parietinis vere Pompeianis.

1036 [= 2350] Pompeiis in dextra viae sepulcrorum, duobus exemplis ACTA 26 Sept., 3 Oct. 1812 [ed. 1, 3, 95] loco qui est n. 18 formae Zangemeisteri.

M · ALLEIO · LVCCIO · LIBELLAE · PATRI · | AEDILI ·
II · VIR · PRAEFECTO · QVINQ · ET · | M · ALLEIO · LIBELLAE · F
DECVRIONI · VIXIT · | ANNIS · XVII · LOCVS · MONVMENTI · |
PVBLICE · DATVS · EST · ALLEIA · M · F · | DECIMILLA · SACERDOS
PVBLICA · | CERERIS · FACIVNDVM · CVRAVIT · VIRO · | ET · FILIO

Descripsi et recognovi. Millin p. 96; Clarac p. 43; Mazois t. I p. 38 tab. XVII; de Iorio p. 18 = 16; Guarini comm. VI ed. 2 p. 53, fast. ed. 1 p. 117; Fiorelli *descriz.* p. 417. Orelli 2189. 3820.

Alterum exemplum septem versibus conceptum est, quos distinguunt |, legiturque ibi in fine FILO.

Idem nominatur n. 896; quinquennalis fuit a. p. C. 25/26.

1037 [= 2351] Pompeiis rep. in via sepulcrorum a dextra iuxta sepulcrum Libellarum ACTA 24 Apr. 1813 [ed. 1, 3, 224] loco qui est n. 17 formae Zangemeisteri. Extat Neapoli in museo.

L · CEIO · L · F · MEN · LABEONI
ITER · D · V · I · D · QVINQ
MENOMACHVS · L

Descripsi et recognovi. Clarac p. 44; Mazois t. I p. 59 cf. p. 38; Arditi *legge Petronia* p. 7; de Iorio p. 18 = 16; Guarini fast. ed. 1 p. 98; Fiorelli *descriz.* p. 417, cat. n. 1353. Orelli 3824. 4050.

1038 [= 2352] videtur rep. in sepulcro L. Ceii Labeonis. Est Neapoli in museo.

CEIAE · L · F · VXOR

Descripsi et recognovi. Fiorelli *descriz.* p. 418, cat. n. 1354.

1039 [= 2353] cippus hermae similis, prostat Pompeiis prope n. 1042.

L CEIVS COM
MVNIS

Descripsi et recognovi. Fiorelli *descriz.* p. 418.

1040 herma. Pompeiis ubi prodierit, ignoratur, crediderim tamen fuisse olim in monumento Ceiorum. Adservatur in aede q. d. Mercurii.

L · CEIVS · L · L ·
LVCIFER

Recognovi descriptam a Mauio. Ed. Zangemeister vol. IV n. 2156 not.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATTI · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO
ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · EROTIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Recognovi descriptam a. 1877 a Stevensonio. Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIVS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer personam sustinens	vas ansatum cum pomis et frondibus	puer personam sustinens

Recognovi descriptam a Stevensonio. Misit item Barnabeus. Ediderunt Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 26 et Rossius *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE
Q · VIX ANN LVIIII M XI D XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA| *l*
RVFO · LICINIA · VX| *or*
VIRO · SVO · BENE · ME| *renti*
ET · SIBI · VIVA · FECIT|
HOC · MONVMENTVM| *siue*
SEPVLCRVM · H · N · S|

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131.

N I A E S
T · ANNI
DIEB · X
· I A H

R
F M

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 26. Misit item Barnabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

////////C I V N ///
////////IIIII ///
Ꝺ · Ꝺ /// IVS / O // E
/////A I ////////

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QVE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOMINE ☧ HIM
OPPIO PAVLO · DVL
CISSIMO · FILIO · QVI
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II
DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS
P B ☧ M P

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 120.

1 *in nomine Christi Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE   columba cum ramo olivae   ☧
an NVOS SEX
BENEMERENTI

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075'.

ad n. 815. Pro 'in hermis quattuor' scr. 'in hermis duobus pilisque duabus'. T eminet in herma altero.

ad n. 829. Iam Neapoli in museo.

ad n. 838. Observavit Zangemeister quadratarium dedisse M·HOLCO NIR(O)VF (R)OVFO, id est cum primum scripsisset *M. Holconi Rufo*, mox emendavit aut *M. Holconio Rufo*, ut litteras VF calce obtegeret, aut *M. Holconio M. f. Rufo*, lamellis aereis adiunctis ex V faciens M.

ad n. 860. Duorum hermarum alter adhuc est loco antiquo ad dextrum tablini latus, alter in museo Neapolitano; furto neuter ablatus est.

ad n. 874. Primus edidit Kiessling *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 95.

ad n. 875. Ediderunt Fiorellius *Notizie degli scavi* 1876 p. 147; Mau *Bull. dell' Inst.* 1878 p. 90; Viola *scavi dal 1873 al 1878* p. 45.

ad n. 882. Periisse scribit Mau.

ad n. 937. L. Bruzza (in parte priore voluminis Pompeiani in add. his ad p. 89 citati p. 131 seq.) plumam accipit pro ala aedificii. At ala sive πτερόν a plumae vocabuli significatione ita differt, ut illam interpretationem qui probet non facile inveniatur.

ad n. 973. Descripsit Dressel sic:

//· D · D · FAC · C

ad n. 978. Vidit Dressel, legens 2 OTACILI

ad n. 987. Vidit item Dressel, qui cogitavit de *mens(ura) ur[bana]*.

ad n. 988. 1022. 1040. 1076. 1078. Hodie prostant in museo Pompeiano.

ad n. 1027. Cf. titulum n. 1491* confictum hoc adhibito.

8143. 8144 (ins. post n. 843) Pompeiis in theatro maiore in cuneo ei qui ab occidente numerare incipit quarto, praecinctione secunda, gradu undecimo duo saxa ita divisa sunt, ut singulis spectatoribus attribuantur cent. 39 locisque adscribantur numeri ii qui sequuntur. Interstitium non sufficere numeris IV—X ait Mau.

in priore: I II III

in posteriore: XI XII XIII (sic) XIV XV

Dressel et Mau descripserunt. Memorant numeros acta d. 2 Aug. 1792 [ed. 1, 2, 49]. Frustra indagavit Nissen *pomp. Studien* p. 246.

8145 (ins. post n. 869) tabella tofacea litteris pulchris colore rubro pictis, Pompeiis muro orientali insulae, quae in regione IX quintae et sextae ab oriente adiacet, infixa, infra magnum phallum ex lapide calcareo Sarnensi factum et ipsum colore rubro pictum. Est in promptuario.

HANC · EGO
CACAVI

Descripserunt Mau a. 1880 et Dressel. Fiorelli *Not. degli scavi* 1880 p. 101.

8146 (8146. 8147 ins. post n. 883) lapillis albis Pompeiis in pavimento operis minime boni, quod proxime ante oppidi excidium factum esse apparet, atrii aedium reg. IX ins. 6 n. 5 prope parietem anteriorem ab angulo intranti a dextra usque ad ostii murum sinistrum. Litterae altae sunt ad SIS m. 0.075, GRA 0.09, GRATVS·ARCHITEC 0.11, S·P·S·EGO 0.12 ad 0.14, FELIX 0.11.

vgl S. 1006

AVE QVARTILA :: DA : BIS : SALVS : SIS : GRA · GRATVS ARCHITEC · S · P · S · EGO · FELIX ...

Descripsit Mau. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1878 p. 322; Viola *gli scavi di Pompei dal 1873 al 1878* (in parte secunda voluminis citati ad p. 89) p. 44.

Fiorellius et Viola legerunt *AVE* QVARTILA·DABIS·SALV*S*·*B*IS·ORA·GRATVS·ARCHITEC·S·P·S EGO FEL*IX MEI*, dubitantes de litteris inclinatis. In mentem venit: *ave Quartila; da bis(?). Salv(u)s sis, Gra(te). Gratus architec(tus) s(alutem) p(atronae?) s(uae?). Ego Felix [fe]ci(?).* Gratum architectum a domina pavimentum facere iussum id opus per servum Felicem executum esse crediderim eumque servum et dominum et operis dominam sic coluisse salutationibus ipsi operi insertis.

8147 in eodem atrio, ubi est n. 8146, prope impluvium in margine ad occidentem cernitur simili scriptura tessellata:

HELLEN

Mau descripsit. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1878 p. 322; Viola *gli scavi di Pompei dal 1873 al 1878* p. 45.

8148 (ins. post. n. 960) basis ex marmore coloris cinerei alta m. 0.19, longa lataque m. 0.30. Rep. Pompeiis in opere posita in aedibus reg. VI ins. 5 n. 16 in cubiculo secundo a sinistra atrii.

in antica:

cf S. 1006

C · TILLIVS · C · F · RVF · ITER
P · MACCIVS · P · F · MELAS
II · VIR · IVR · DEIC
EX · D · D · FAC · COER

in plano superiore ad sinistram litteris leviter incisis:

L · MEVIVS · I · F///
T · VILIVS C FVAAA
IV VIRI D///

Descripsit Mau lapidem lectu difficillimum propter incrustationem superficiei. Ed. anticam Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 24 imperfecte, plene p. 141.

1 TVLLIVS Sogl. — 2 MELAS Mau, SELAS Sogl. — Secundus titulus fortasse venit ab otioso quodam qui priorem neglegenter aut expresserit aut imitatus sit.

8149 (8149—8155 ins. post n. 993) in tofo litteris olim miniatis. Pompeiis reg. VIII ins. 8 n. 22.

XXIII
HEL

Dressel descripsit.

8150 fragmentum marmoreum litteris pulchris. Pompeiis in horreis curiae.

HO

Dressel descripsit.

8151 in lapide calcareo. Pompeiis reg. VI ins. 3 n. 15.

IANVS

Dressel descripsit.

8152 in tofo secto postea et in opere collocato. Pompeiis in horreis curiae.

NI ▫ /AT ▫ F

Descripsit Dressel.

8153 in tabula marmorea Pompeiis pro gradu podii aedis q. d. Mercurii in latere septentrionali.

CLXXIII

Dressel descripsit.

8154 in tabula marmorea Pompeiis pro gradu podii aedis q. d. Mercurii in latere septentrionali.

DVO · EX · ∫ · N

Dressel descripsit.

8155 incisum in lapide Sarnensi in opus ita coniecto, ut numerus cernatur inversus. Pompeiis reg. VI ins. 7 n. 25.

XVIIÇ

Mau descripsit.

8156 (ins. post n. 993) in clava marmorea fracta longa dec. 3. Pompeiis.

PRIMO · C. . . .

Acta Pompeiana 18 Apr. 1853 [ed. 2, 552].

8157 (ins. ante n. 1047) tabula marmorea litteris non bonis, saeculi tamen primi, rep. c. a. 1877 loco antiquo sub aedicula parieti inserta extra Pompeios *tra i mulini di Bottaro, i mulini de Rosa e la vecchia strada di Castellamare*. Sub eodem pariete reperta sunt protome viri barbati pileum nautarum gerentis, catena aurea, armillae aureae aliaque, quae vide recensita apud Duhnium. Fuit Neapoli apud Gabriellium, a quo comparatam Bourguignon dedit museo Neapolitano.

SEX · POMPEIVS
SEX · L · RVMA
NEPTVNO · V · S · L

F. de Duhn misit ediditque mus. Rhen. nov. 36 (1881) p. 190. Fiorelli *Not. degli scavi* 1881 p. 121.